

vires. Id etiam asseritur de Eleazaro, qui tamquam strenuus miles elephantem impetivit propria viâ posthabita, ut dicit Sotus.

XII. Plura hic dicenda forent de uxorum pluralitate, nisi in tractatu tum de lege naturali, tum de matrimonio latius controversia hæc dicenda esset. Nunc obiter admonemus, iuris naturalis mandata talia esse prima, & universalia, ut sunt hæc: bonum amandum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: alia quæ ex his proxime prosunt, ut sunt Decalogi mandata. Hæc sive primi, sive secundi generis mandata indispenabilia prorsus sunt: quia vetant ea quæ genere suo mala sunt, inbenigne res iuxta naturam honestas, ac necessarias. Postrema sunt quedam iuris mandata quæ versantur circa materiam quæ aliquid circumstantiæ adiunctione variationem, ac limitationem excipit: potissimum quod finis harum rerum, non earumdem natura, mensura finis malitiae, aut bonitatis. Quia tamen finis intimus est, nulla humana, sed dumtaxat divina potestatis mutari sequuntur. Inter hæc triplicis generis naturalia præcepta hic est ordo, ut postrema secundis, secunda primis cedant. Nec uxorum pluralitas, nec maritalis coniunctio in primo sanguinitatis gradu sunt contra ius primarium, aut secundarium: quippe absolute, & intrinsicè mala non sunt; quia tamen finem a natura spectatum impediunt, illique officiant, ipsæ tantum ad ius naturale. Quapropter solus natura conditor potest eadem honestare: quoniam ipse solus, ut universi generis humani legislator, & conditor, & comprehendit quando finis occurrat nobilior, magisque divinum cultum, commoneque bo-

num promovens, cuius intuitu possit declarare, naturalem legem tertii generis in hoc aut illo casu non obligare. Idcirco uxorum multitudo antiquis patribus concessa fuit, quia religiose sobolis propagatio ad excitandum in teris, conservandum, amplificandumque divinum cultum plurimum conducere Deus cognovit. Prohibitio connubii inter fratres, non præfert aliquam iniustitiam, iniuriæviæ quam coniugum alter pateret; sed naturalem tantum indecentiam, ac fœditatem. Nihil ergo vetat quin Deus, causa data, valeat in hoc dispensare: mihi quæ satis probabile est quod si universum humanum genus superfluis in patre & filia remaneret, possent, divino accedente consensu, matrimonio iungi.

XIV. Ad duo postrema argumenta obvia solutio est. Nam, ut dictum est, naturalium legum tripartita est ratio: quedam præcipiunt quæ necessarii suscipienda sunt; quedam vetant quæ fugienda sunt necessarii; nonnullæ autem aliqua prohibent ob finem gravissimum, quem incipiunt; aut nec iubent, nec vetant; sed utendi, vel non utendi eiusmodi legibus hominibus concessa potestas est. Istius generis est ius sociale res a Deo conditas communiter possidendi. Nihil ergo contra naturæ ius melius sunt homines, cum res communes dividerent; sive eorumdem hominum consensione, sive Adami imperio, sive quorumcumque iustis, atque inductu facta divisio sit. Quod de instrumenti dispensatione subditur, in tractatu de iuramento latius dilatur. Veram plura de his omnibus dicentur cum de lege naturali sermo recurret. Pauca hæc nunc delibasse satis sit.

# LIBER PRIMUS IN DECALOGUM.

## DISSERTATIO PRIMA.

### DE FIDE.

**U**T communi Theologorum viæ insistant, antequam singula Decalogi præcepta edissero, trium theologicarum virtutum exhibitionem oportet. Harum namque cognitio viam ad plenierum Decalogi intelligentiam comparandam æternit, quippe virtutes illæ fundamentum, & finis Decalogi. Fides basis est universæ religionis. *Fides est humane salutis vitium, fundamentum, & radix omnis iustificationis*, inquit Synodus Trident. sess. xviii. cap. viii. Caritas autem totius legis finis est, ut ex Apostolo do-

docet Augustinus in Enchirid. cap. cxxi. *Omnia igitur præcepta divina referuntur ad caritatem, de qua dicit Apostolus I. Timoth. 2. Finis autem præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Sub initium autem præfati Libri rogatus Augustinus, quomam modo colendus Deus fit, respondet, *fide, spe, caritate colendum Deum.* Cum itaque primum Decalogi mandatum Dei veri cultum præcipiat, iure ab his virtutibus orsa nostra ducimus quibus potissimum Deus colitur.

### CAPUT I.

*Recentiores propositiones damnatae ab Ecclesia in materia fidei quæ mores regit.*

**E**RRORES nonnullos qui fidei divinæ recte efficiunt, in Prolegomenis recentius; iterumque non paucos alios in hoc eodem Libro consutabimus. In præsentia propositiones isthæ transcribam quæ ab Ecclesia proscriptæ sunt. Sequentes ergo propositiones Summus Pontifex Innocentius XI. damnavit in fidei materia.

I. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili, Etsi fructum Probabilissimam.* Hanc proscriptam opinionem docet expressè Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap. 1. n. 6.* extra articulum mortis, quo in casu probabiliorum sententiam amplecti quique tenetur; inquit ille. Ergo nec altera Theologia est pro morte obeunda, altera pro vita ducenda? *Probabilissimus vite cursui intersit: Probabiliorismus extremam iustam regit?* Pleres quoque Protestantæ doctrine ferunt, in vita Lutheri religionem, in morte catholicam optimam esse. Præfatum opinionem proscriptam absolute defendit Ioannes Sanchez *disp. xix. num. 9.* Pater Viva in commentariis ad hanc *proposit. num. 4.* eidem favere opinioni D. Thomam scribit; sed falsæ aque, ac iniuriolæ, ut suo loco palam fiet. Ex proscripta thesi optime, ac solido ratiocinio colligitur proscriptio opinionis minus probabilis in conspectu probabilioris in quacumque materia necessaria ad salutem. Cur licitum erit opinionem minus probabilem sequi in contractu, pacto, fœdere, de cuius iustitia disputatur; secus in materia fidei? Quia, respondet P. Viva, *namquam licet sequi opinionem minus probabilem, quando datur lex, consuetudo, conventio de sequenda probabiliori; aut quando periculum gravis damni ad id obliget.* Egrege vero, Nullum ne gravis damni periculum urget in legum controversiis dirimendis? Error culpabilis in illis non detrudit in infernum, quemadmodum error infidelitatis? Cur error hic culpabilis erit, innocens vero *Conc. Theol. Tom. I.*

in alia materia? An periculum gravis damni imminet, si erres in fidei negotio; nullum vero periculum iacturæ instat, si iura violas, iustitiæque corrupas? Præ oculis habenda est doctrina vel ipsius P. Viva inquisientis ad prop. 1. Alexand. VII. n. 6. *Ubi damnatur aliqua propositio, attendenda est ratio damnationis: quæ, si æque militet pro propositione affini, hæc pariter implicite declaratur falsa, & omnino improbabilis.* Sed hæc cursum?

II. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.* Hanc sententiam docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Dec. cap. 1. n. 9. & 10. pag. 37. col. 2.* Fallitas istius sententiæ ex se patet. Si enim fide potissimum Deus colitur, illius arcantis, & mysticæ mentem captivando, quasi afferre iure aucti nullum urgere fidei præceptum, quo Deus colatur?

III. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Hanc quoque opinionem docet Tamburinus *loc. cit. num. 8.* ubi ait: *Si sermo est de actu fidei necessario necessitate salutis; & hinc quidem semel in vita elicere satis esse, modo videmus: num. 3.* Porro *num. 3.* citat pro hac sententia Thomam Sanchez, & Aragonium. Quasi tamen nimium rigida foret opinio isthæ, subdit: *Benignius loquitur Castropalaus Tom. I. tract. iv. disp. 1. par. 11. num. 5. & 7.* Viden quo recidat non paucorum Probabilistarum benignitas? Fides divina æternæ salutis initium est: & tante virtutis actum semel elicere lat erit?

IV. *Si a potestate publica quis interrogatus, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.* Hanc propositionem in nullo Caluistarum inveni. Pater Viva ex Sandæo librum decertant afferit *nu. 3.* ex quibusdam thesibus Antverpiæ propugnatis ann. 1674. præside P. Arnaldo Marchant Minorita. Adeo falsa est, ut illam vel ipsi benigneiores Probabilistæ rejiciant.

V. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus quam mercator pondus rationum ad assensum impellentium.*



VI. Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habet supernaturalem. Hæc duæ propositiones adeo falsæ, impudenteque apparent, ut indicari quis vix possit quæ credat Theologum quantum repertum fuisse qui eadem docerit; eas tamen propugnatas fuisse Antverpiæ testatur Sandæus apud Vivam in *Tom. har. prop. num. 1.* Assensus fidei nititur firmitati divinæ revelationis, idcirco infallibilis est. Rationes quæ in fidei confirmationem adducuntur, hæc evincunt evidenter obiectam credendum existere; neque satis iust ad eliciendum infallibilem assensum. Ergo voluntas alio principio uti debet, ut assensus fidei firmus evadat. Hinc neque prudenter reticere valet assensum fidei supernaturalem.

VII. Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum noticia solum probabili revelationis; immo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus. Plures Neotericos pro hac sententia repugnantes indicat P. Viva. Prioris partis defensores inducit Ripaldam, qui *disp. vi. lect. 6. n. 76.* defendit solam probabiliter revelationis ad credendum aliquid fidei supernaturali posse esse; negat tamen locuti hanc fidem posse cum formidine, sit ne locutus Deus, an non. Magna probabilitatis extensio, quæ per omnia vagatur. Merito damnata est propositio descripta, quoniam fidei assensus nititur firma certitudine divinæ revelationis.

VIII. Non nisi fides ipsius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris. Hæc propositio expresse adversatur oraculo D. Pauli ad Hebr. xi. *Credere enim oportet accedentem ad Deum; quia est, & iniquitatis se remunerator sit.*

IX. Fides late dicta ex testimonio creaturæ, similiter motivo ad iustificacionem sufficit. Propositionem hanc adducunt nonnulli P. Ripaldæ; sed ab hac nota illam asserit P. Viva. Verum ne sit, an falsum, non ineret modo discutere. Falsitas propositionis manifesta est, siquidem fide ad iustificacionem necessaria divino nititur testimonio.

X. Absolutio capax est homo, quantumvis labore ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat mysterium Sanctissime Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Iesu Christi, illius scripturæ thesauri auctor fertur esse Marchantus. Aliqui tamen benigna interpretatione ab hac nota eum liberant. Non valde ab eadem, falsam ad primam quod attinet partem, dilatare, ut ego quidem arbitror, videntur Caspatalus *Tom. I. Tract. 2v. disp.*

*1. punct. 11. num. 5. & 6.* Emmanuel Sa. Tamburinus *Lib. II. in Decalog. cap. 1. n. 4.* ubi laudat Turrianum, Valquez, Sa, Colninch. Hi namque docent nunc dari posse ignorantiam invincibilem Trinitatis, & Incarnationis: ex quo sequitur capacem abolutionis esse qui præfata ignorantia myseria. Subdo tamen descriptam thesauri ob id potissimum damnatam esse quod asserit absolutio capax hominem esse, etiam si benevolentiam, etiam culpabilem, etiam diuino mysteria ignoret. Sed infra hæc omnia declaranda erunt.

XI. Sufficit illi mysteria semel credidisse. Hanc expresse docet Thomas Tamburinus *Lib. II. in Decal. cap. 1. num. 3.* Plura dicenda occurrunt suo loco de hac propositione. Indicavi damnatarum thesauri auctores non alio fine nisi ut illorum operum lectione admonerem. Tamburini opus manibus omnium teritur; & alioquin damnata thesauri hæc sunt, sicuti in quibusdam aliis, notatæ. Quapropter facilis deceptio est.

XII. Duas alias propositiones proscripsit in hac materia Clerus Gallicanus an. 1730. Prima hæc est: *Religio christiana est evidens, & utilis; nam evidens est prudentem esse, utilis est, nam evidens est prudentem esse, quisquis cum amplexatur: non evidenter verum, nam aut obscure docet, aut que docet, obliquis sunt. Immo qui aiunt, Religionem christianam esse evidenter veram, fateantur necesse est falsam evidenter esse. Infer hinc evidens non esse. 1. Quod existat nunc in terris aliqua vera Religio. Unde enim habes non omnem cornem corrupisse viam suam? 2. Quod omnium que in terra sunt, verissimillima sit christiana. An eam omnes terras peragrasti, aut peragratis ab aliis esse nosti? 3. Quod ab Apostolis, & demonibus manifestata fuerit Divinitas Christi: id enim si doces, docere te oportet, Christum manifeste Deum esse. 4. Quod affertur. Deo fusa sit Prophetarum oracula: quid enim mihi opponas, vel si neminem illi fuisse vera vaticinia, vel affirmem conciliarum? 5. Quod vera fuerint qua a Christo edicta fuisse commemorantur miracula: quamquam negare hæc nemo prudenter potest.*

Censura quam Clerus Gallicanus tulit in propositionem præfatum hæc est. *Doctrina hæc propositione contenta, impia est, blasphemæ, erroneæ, & inimicis christiana religionis factæ.*

XIII. Altera hæc est. *Evidens non est evidentia morali proprie dicta, & physica religionem christianam veram esse.*

Censura. *Hæc propositio, doctrinam super-*

riori propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.

XIV. Infidelitas pure negativa in his quibus Christus non est prædicatus, peccatum est. Damnata fuit a Pio V. & Gregorio XIII.

XV. Nihil credendum est quod excedat nostri intellectus virtutem. Concilium Rhemense hæc Petri Abaelardi propositionem damnavit anno 1148.

XVI. Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides; & etiam si videntur credere, non est fides divina, sed humana. Similis est si. Faichasti Quasnellii.

## CAPUT II.

Propositiones quorundam Casuistarum que nimium laxæ videntur.

I. Præter theses ab Ecclesia damnatas in fidei negotio, plurimæ occurrunt in quorundam Auctorum libris, quæ, ut ego quidem arbitror, nimirum ab evangelica morum disciplina declinant. Et quamvis censura ecclesiastica inusta ipsis non sit, non ideo tamen secure fidei conscientiarum regule. Ut igitur Lector eadem facilius evitet, tamquam naufragii scopulos, quasdam istuc transcribam earum quæ, mea quidem sententia, inter laxas periculi debent.

II. Et quidem in praxi existimo numquam, aut rarissime denegandam abolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam: quia rutilici ignorant non habent commodò doctorem, & Confessor potest illos instruere, ne ipsi maiorem addidissent capacitem habent. Thomas Sanchez *Lib. II. Sum. cap. 111. n. 21.* Hæc propositio parum dilata videtur ab hac proscripta: *Absolutio capax est homo, quantumvis labore ignorantia mysteriorum fidei. Adicit ibidem.* Immo (ut n. 23. dicemus) hæc per se facta instructio non est necessaria ad eos abolvendos. Numero autem 23. hæc subdit. Immo in rigore, & si pauperes bona valentibus utatur, non tenetur Confessor cum instruere, procurando ut nunc addiscat &c. Quam sit falsa & laxa hæc doctrina, iudicent sapientes. Neque enim ego censorem ago, sed Theologum monitorem.

III. Dum infidelis sibi persuasum habet, suam lectam esse probabilem, quamvis contra: fidei probabilior, teneatur utique in articulo moris constitutus veram fidem, quam probabiliorum iudicat, amplecti, ut pote qui in eo articulo est con-

stitutus in quo de extrema salute agitur, & ad proinde partem quam tutiorem, & probabiliorum iudicat, amplecti tenetur; ad extra eum articulum non tenetur: quod adhuc prudenter existimet, se posse in sua lecta perseverare, tempore rei melius examinandæ superfluit. Adde, mysteria fidei tam sublimia esse, ac christianos non res adeo carnis & languinis legisas repugnare, ut non quævis maior probabilitas sufficiens reputetur ad inducendam credendum obligationem. Thomas Sanchez *Lib. II. Decal. cap. 1. n. 6.* Moya *Part. 11. ad tract. vi. appen. disp. v. quæst. 2.* Hæc doctrina Pyrrhonismum invehit in Religionis negotium. Vide infra *cap. x. num. 10.*

IV. Eo assensu semel habito, præceptum hoc affirmativum fidei per se directe amplius non obligat. . . . quia ex una parte nullum potest assignari tempus certum & determinatum neque Christi, neque Ecclesie lege, quo per se directe obligaret præceptum fidei, quod ad actum in terminum. . . . ideo Christus Dominus præter creditur non voluit imponere præceptum per se distinctum fidei. Patricius Sporer *tract. 11. in Decal. cap. 11. sec. 3. §. 3.* Vide infra *cap. x. n. 17.*

V. Puto per se, & directe numquam obligari fideles ad credenda prædicta mysteria nec implicite ex vi necessitatis præcepti fidei. Tamburinus *Lib. II. in Decalog. cap. 1. §. 1. num. 9.*

VI. An obliget per se præceptum fidei ad actum credendum semel in singulari articulo? . . . Probabilior certe respondeo, non obligare; quia non est unde talis obligatio colligatur. Leander a SS. Sacramento *tract. 11. de fide disp. 11. quæst. xxxvii.*

VII. Probabilior respondeo, hoc divinum præceptum nullo modo obligare per se aut ex vi ipsius præcepti ad eliciendos articulos fidei in articulo moris: quia nec ratio, nec textus aliquis cogit ad oppositum asserendum. Idem Leander *tract. 11. in Decal. cap. 11. sec. 3. §. 2. n. 19. & alii.*

VIII. Immo existimo satis probabile, ex magna causa, v. g. ad evitandum mortem, victoriam ab hostibus reportandam, posse Christianos uti veste infiduta ad profectandam fallam lectam, v. g. veste sacerdotali Turcarum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. Antonius a Spiritu Sancto *tract. 1. disp. 1. sec. 6. n. 26. pag. 4.* Vide infra *cap. xiii. n. 15.*

IX. Rutilici, alique homines simplicio-



res in Germania, qui heretici habentur, & tamen pertinaces non sunt, possunt abfolvi a suis parochis. Ratio est, quia non sunt heretici formales, habentque fidem catholicam in baptismo acceptam, quae non perditur, nisi errando pertinaciter. \* *Bulsembau apud La-Croix Lib. II. cap. IV. dub. 3. n. 5. Vide infra diss. II. cap. XIII. n. 16.*

X. Etiam facta promulgatione Evangelii non est necessaria necessitate mediis iuncta explicita Trinitatis, aut mysterii Incarnationis, sed solum praecipui, atque adeo contingere alicui potest salus, quin explicitè cognoscat Filium Dei incarnatum fuisse, & pro nobis passum. \* *Caltrapalaus Tom. I. tract. IV. disp. I. punct. 9. num. 7.*

XI. Dubius in fide dubio voluntario, sed mere suspensivo, haereticus non est. \* *Torrecilla Tom. I. Sum. tract. III. disp. I. cap. I. sec. 10. num. 144.*

XII. Ut quis tamquam haereticus habeatur in foro interno, opus est ut cognoscatur, & advertatur in opinione sua procedere contra quod definitum est ab Ecclesia, eius auctoritatem contemnens. \* *Torrecilla T. I. Sum. tract. III. disp. I. cap. I.*

## CAPUT III.

*Multiplex fidei acceptio: eiusdem vera notio, divisio, atque obiectum, conditionesque illud comitantes.*

I. **P**rimae sunt fidei acceptiones, quarum aliquae hic indicabimus. I. Fides veracitatem, seu sinceritatem prodit. II. Pro fidelitate, seu promissione usurpatur. Juxta illud I. ad Timoth. v. *Primum fidem veritatem fecerunt*; id est, sponsonem Deo datum violaverunt; id est, sponsonem Deo datum non est ex fide, peccatum est. Quiddam enim quod conscientia, seu ratio non distat nisi, peccatum est. IV. Fides rem ipsa credendam, seu obiectum fidei significat. Quapropter in Symbolo quod Athanasii dicitur, eiusmodi habentur. *Hec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.* Fides hoc loco doctrinam, articuloque credendos praefert. V. Fides accipitur pro assensu quem ob alicuius testimonii auctoritatem praestamus. Si testimonium humanum est, fides itidem humana di-

citur; & haec fides fallibilis est, quia nititur testimonio fallaci. Si testimonium divinum sit, divina fides nuncupatur; etque firma, & infallibilis. VI. Aliquando fides pro fiducia usurpatur: *Postulet in fide nihil hesitant: Jacob 1. & Evangelista Matthaeus cap. XXI. Si habueritis fidem, & non hesitaveritis. Non negaverim tamen eiusmodi textus etiam pro fide proprie considerata usurpari posse.*

II. De fide theologica, a spe alicuique virtutibus distincta, nobis in praesentia sermo est. Huius fidei hanc tradit notionem D. Paulus ad Hebr. XI. *Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.* Hanc D. Pauli definitionem sic explicat Angelicus 2. 2. quaest. IV. art. I. *Fides est habitus mentis, quo inchoatur vita aeterna in nobis, faciens intellectum assentire non apparentibus.* Alias ibi definitiones prodit: nempe Augustini dicens: *Fides est virtus qua creduntur quae non videntur*: tract. XI. in Ioan. & Damasceni inquisitus Lib. IV. cap. XII. *Fides est non inquisitivus consensus.* Communis, quae nunc obinet, definitio haec est: *Fides est habitus infusus, quo firmiter assentimur veritatibus a Deo revelatis, & ab Ecclesia propositis.* Fides itaque theologica uni auctoritati divinae veritatis revelatae innotuitur. Haec autem divina revelatio per Ecclesiae propositionem nobis constat. Quae porro Deus revelavit ut credatur, in divina Scriptura continetur, aut traditione apostolico-divina absque verbo scripto.

III. Partitur haec fides in *actuales, & habituales.* Actualis est assensus supernaturalis firmus, & certus, omnem excludens dubitationem, datus rebus a Deo revelatis propter Dei revelantis auctoritatem. *Habitualis* est virtus infusa quae nos permanenter habiles reddit ad eligendos actus fidei cum auxilio gratiae actualis. Item partitur in *formatam, & informem, seu vivam, & mortuam.* Fides *formata*, & viva illa est quae gratia habitualis, & caritate alitur, & fovetur, quaeque per dilectionem operatur, fructuose edit vita aeterna dignos. *Informis* est quae gratia habitualis, & caritate destituitur. Illa in istis, haec in peccatoribus reperitur. Tandem alia est *fides explicita*, alia est *implicita*. Illa dicitur *explicita*, quae creditur articulis expresse a Deo revelatis; ea vero appellatur *implicita*, quae assentimur alicui articulo revelato, non sub propriis terminis, sed in altero articulo. *Credis explicitè mysterium resurrectionis, & in eo implicitè iuxtorum in vitam aeternam resurrectionem.* Ita communi-

niter Theologi. Utrumque tamen articulum fide explicita nos credimus. Haec proinde divisio obiectiva potissimum est, quatenus unum obiectum implicitè revelatum est in alio expresse revelato; & dum credo unum explicitè, aliud simul implicitè credo. Ceterum hoc idem implicitè revelatum explicitò assensu credere possum.

IV. Obiectum fidei illud dicitur quod menti credendum proponitur. Duplex est *materiale, & formale.* Obiectum materiale appellari etiam solet obiectum *formale quod*, quatenus distinguitur ab obiecto *formali quo.* Illud est res omnia que creditur; hoc vero est ratio formalis *sub qua* creditur. Obiectum *materiale*, seu *formale quod* fidei primum est Deus; cetera omnia revelata, sunt obiecta secundaria. De hoc infra cap. VII. Obiectum *formale quo*, seu ratio cur credimus, est prima veritas obscure revelans. Ratio cur solus Deus fit obiectum *formale quod*, seu materiale primum, perspicua est: quoniam fides per le primo Deum attingit, illiusque notiam inquiri; cetera vero omnia attingit, quatenus Deus respiciunt aut tamquam principium a quo proficiuntur, aut tamquam finem ad quem redeunt. Audiamus Angelicum 2. 2. quaest. I. art. I. *Si consideremus materialiter ea quibus fides assentit, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia, secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, prout scilicet per aliquos Divinitatis effectus homo aditatur ad tendendum in divinam fruitionem.* Et ideo ex hac parte etiam obiectum fidei est quodam modo veritas prima, in Deum. Altera porro pars, nempe quod sola prima veritas obscure revelans fit obiectum *formale quo*, seu ratio sub qua, fidei theologicae, aequè clara est, & evidens. Assensus namque fidei certus firmiterque est: certo ergo, atque firmo testimonio innitatur oportet. Solum autem testimonium divinum, seu divina veritas nec fallere, nec falli potest. Ergo fides theologica soli divinae veritati revelanti assentitur, quemadmodum solum Deum primo & per se credit. Hinc collige XI. propositiones 19. & 20. quas cap. I. num. 5. & 7. descripsi.

V. Iner conditiones quae fidei obiectum comitantur, potissima, & absolute necessaria est catholicae Ecclesiae propositio. Ecclesia namque organum est, & instrumentum quo Deus hominibus suam patefacit voluntatem, suaeque referat arcana. *Innititur enim enim fides nostra* (inquit Angelicus I. Part. quaest. I. art. 8. ad 2.) *revelationi Apostolicis, & Prophetis factis, qui canonici Libros scripturam; & non autem revelationi, si qua fuit facta aliis Doctrinibus.* Revelationes igitur divinae privatis fidelibus factae minime pertinent ad obiectum fidei theologicae. Porro, ut nobis constet quae Deus omnibus credenda revelavit, catholicae Ecclesiae voce opus est. In divinum ergo revelationem, tamquam in lumen verum ac unicuique principium, sui rationem formalem, fides relolvitur; in auctoritatem vero Ecclesiae, tamquam in conditionem sine qua nobis constare certo non potest aliquem articulum esse a Deo revelatum. Verum hoc de argumento haud expediat nunc longiorem habere sermonem. Secunda conditio est certitudo adeo firma, ut quancunque dubitationem formidinemque excludat. Tertia est obscuritas: visio enim, & claritas fidem non partium.

VI. Triplicem fidei actum, iuxta triplicem ordinem quo fides theologica Deum spectat, distinguit D. Thomas 2. 2. quaest. 11. art. 2. nempe *credere Deo, credere Deum, credere in Deum.* Vel enim respiciunt Deum tamquam obiectum *formale quo*, seu cui innotuit fides, & cuius ratione credimus ea quae credenda sunt; & hoc modo credimus Deo. Vel incipimus Deum tamquam obiectum *materiale quod* creditur; & tunc credimus Deum. Vel tandem apicimus Deum, quatenus intellectus a voluntate motus in ipsum eum in ultimum finem tendit; & haec via credimus in Deum. Hunc actum credendi in Deum elicere quoque peccatores, quamvis imperfecte, certum est. Omnes namque fideles, five iusti, five impii recitant Symbolum *Credo in Deum.*

## CAPUT IV.

*Fides ad salutem necessaria, non est peculiaris certaque fiducia, qua quis credat sibi esse remissa peccata, vel se ad aeternam beatitudinem esse praedestinatum.*

I. **D**elibatis fidei notionibus, & quo in sensu fides theologica accipienda sit, ob oculos posito, praecipuus nunc Lutheranorum, atque Calvinitarum error ad examen revocandus est. Hanc quippe methodum nobis praestitimus, Catholicos scilicet non modo in morum regulis intrinsece, verum etiam adversus haereticorum crassas aberrationes brevi quadam velitatione, veluti per transeuntem, occasione data nimirum. Porro capi-



capitis Protestantium error, atque omnium haereticum veluti scaturigo, in hoc litus est, quod doceant, fidem christianam nihil aliud esse quam fiduciam certam, firmamque, qua Christiani credunt fidei remissa esse peccata. In hac fiducia totam iustificationem collocant. Animos, inquiunt, sumat peccator, quantumlibet sceleribus, & flagitiis gravissimis inequitans: confidat, certoque credat virtutis meritorum Christi sibi condonata esse crimina; & continuo sicut nisi dealbata est anima illius. Quid ad peccatorum horrorem tollendum validius, quid ad impellendos homines in delictorum perpetracionem efficacius, quid ad divinae iustitiae timorem excutiendum fortius excogitare demon unquam potuit? Et reapse, hoc posito principio, poenitentiae virtutem, ieiunia, opera laboriosa de medio subtrahunt Protestantes, totamque iustificationis nostrae economiam saldeque perturbantur.

II. Calvinus *Lib. III. Instit. cap. XI.* questionem hanc praecipuum esse iustificationis radicem cardinem scribit. Plures textus adducit sacros, ut suam firmam heresim. Deinde *num. 19. loc. cit.* sic effatur, *Ita respicit lector, quanta aequitate doctrinam nostram hodie sophista cavillentur, quem dicimus hominem sola fide iustificari. Fide iustificari hominem, quia toties in Scriptura recurrit, negare non audent; sed quin nusquam exprimitur sola, hanc adiectionem fieri non sustinent. . . . Hic ingeniosum subversivum habent: quod tametsi non excogitant ipsi, sed ab Origene, & quibusdam veterum simpliciorum, ineptissimum tamen est. Opera legis caeremonialia excludi garriunt, non moralia. Sic proficiunt assidue rixando, ut ne prima quidem dialectica elementa teneant. Audistis superciliosos hominis iactantiam, & impudentem veterum Doctorum contemptum? Originem, ceteroque veteres Catholicorum sententiam docere, ipsa cogente veritate, fateatur. Sed antiquam doctrinam, qua Patres, & Catholici asserunt, opera caeremonialia legis excludi a iustificatione impii, secus opera vi gratiae divinae parta, ceu ineptissimum periculum reicit. Contendit quippe solam fidem esse impium efficere, univerfo Scripturarum, & veterum Patrum choro reclamante. Quod quod ipse numero loquenti, velit, nolit, sibi minime constans, concedit non quamcumque fidem, sed solam fidem quae per dilectionem operatur, iustificationem efficere? En eundem verba *loc. cit. num. 20. Ac frustra etiam servulam subtilitatem ca-**

*piant, iustificari nos sola fide quae per dilectionem operatur, ut vitatur caritate iustitia. Fatentur quidem cum Paulo non aliam fidem iustificare quam illam caritate efficacem, sed ab illa caritatis efficaciam iustificandi vim non sumit. Hoc probandum Calvinio incubuisset. Si cum Paulo constitueret solam fidem quae caritate operatur, peccata delere; cur cum eodem Apostolo caritati primas in hoc negotio partes non tribuit? Negare ne audeat Calvinus, D. Paulum ubique caritatem supra ceteras omnes virtutes, & speciatim supra fidem, spemque extollere? An non clamat Paulus, nihil sibi prodesse fidem, neque mysteriorum scientiam, neque corporis incendium, neque pauperum solamen, si caritate non audeat? Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in ceteros pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest. . . . Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec; maior autem horum est caritas. I. Cor. cap. XIII. Si conceptis verbis Paulus testatur, se nihil esse, sibi nihil prodesse fidem, est adeo viva, & firma esset, ut montes alio transferret, si caritate caret: qua fronte, quo ausu effudit Calvinus fidem a caritate vim, & efficacitatem non sumere? Non vacat nunc innumeris Scripturarum textus asserere ad retundendam Calvinii effrontem audaciam. Alibi hoc praestabimus, ubi nempe de iustificatione sermo recurrit. In praesens paucis rem omnem perstringam.*

III. Fides ergo theologica est assensus omnibus a Deo revelatis praestitis ob auctoritatem divini testimonii. Fiducia de singulari Dei misericordia qua sibi quique promissiones divinas de peccatorum remissione applicat, si timorem divinae iustitiae commitem habeat, actus spei est, ad iustificationem utique necessarius, minime vero iustificationem efficiens. Quin si timorem, dubitationemque excludat omnem, ut haeretici contendunt, non spei, sed praesumptionis actus est. Quapropter sanctum Dei verbum non modo non praecipit fiduciam, qua quis credat, & firmissime confidat, sibi esse remissa peccata, sed e contrario potius admonet leperum timendum, verendumque de aeterna salute. Audi sanctissimum Iobum, quem incertum conscientiae iudex nullius, vel levioris, culpa redarguebat, cuncta sua opera verentem

Et

Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignoravit anima mea. . . . Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti: cap. IX. Verum habet, reponet Calvinus, quod Iob non Dei misericordiam quae fiduciam excitat, sed sua opera quae timorem merito incutere debent, spectabat. Ita ne vero? Audi ergo Ecclesiasticum ita cavillum tuum repellentem *cap. V. De propitio peccato noli esse sine metu, neque aditicias peccatum super peccatum; & ne dicas: Misericordia Domini magna est, & multitudinis peccatorum meorum miserabitur.* Vetat ergo Spiritus sanctus ne vitam transigamus sine metu de eo peccato quod condonatum nobis a divina misericordia confidimus. Adducant Calviniani, & Lutherani aliquem textum qui fiduciam remissi peccati absque ullo timore praecipiat. Nos interim alium inter sexcentos efferimus, qui timorem, pavoremque commendat: ita namque *loc. cit. cap. IX. Sunt iusti, atque sapientes; & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurum referantur incerta.* Adeo haec perpicua sunt, ut nulla valeant cavillatione eludi. Plurima alia ex Scripturis, innumera ex Patribus asserere possem in medium; sed praestituta brevis non sinit. Promam dumtaxat quae de hac re Synodus Tridentina definiit *sess. VI. cap. IX.* sequentibus canonibus.

*Si quis dixerit, fidem iustificantem nihil aliud esse quam fiduciam divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam esse qua iustificamur; anathema sit.*

*Si quis dixerit, omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse ut credat certo, & absque ulla hesitatione propria infirmitatis, & indispotionis peccata sibi esse remissa; anathema sit.*

*Si quis dixerit, hominem a peccatis absolvi, ac iustificari ex eo quod se absolvi, ac iustificari certo credat; aut neminem vere esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum; & hac sola fide abolitionem, & iustificationem perfici; anathema sit.*

*Si quis dixerit, bonum venatum, & iustificatum teneri ex fide ad credendum se certe esse in numero praedestinatorum; anathema sit.*

*Si quis magnum etiam usque in finem perseverantiae donum se certo habiturum absolutam, & infallibilem certitudinem dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit; anathema sit.*

IV. Obiiciunt plures ex sacra Scriptura

ad Rom. VIII. Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod filii Dei sumus. . . . certus sum quia neque mors, neque vita &c. neque creatura aliqua poterit nos separare a caritate Dei. Hinc colligere licet viris iustis moralem, seu probabilem quandam certitudinem propriae aeternae salutis. At certitudo isthaec nequaquam ad fidei theologicae firmitatem pertingit, sed formidini, & hesitationi inmixta est. Spiritus sanctus testimonium iustus reddit quod filii Dei sint, quando intimas conscientiae sensus nihil illis adversus legem exprobrat, nihil regerit; immo tunc interiore affectu fiduciam in Deum excitat, iuxta illud I. Ioannis III. Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum. Iusti, qui divino fervent amore, qui rerum divinarum meditatione letantur, qui Dei cultum atque honorem pro virili parte promovent, qui animi tranquillitate inter miserae huius vitae fluctus perstantur, qui non modo a peccatis abstinent, omnemque, quantumlibet levem, offensam cane peius, & angue odio habent; sed in via Domini quieti proficiunt, atque relaxata carne, & reclamantibus sensibus ad virtutis fastigium concendere adituntur: iusti, inquam, humilissimi internam quandam peculiarem fiduciam experientur salutis, & caelesti dulcedine, & suavissima quadam teneritudine tanguntur, ipsius Spiritus sancti inhabitantis opera, ut nemo inficiatur. Sed subdit Apostolus I. ad Cor. IV. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Siquidem remanet semper verendi fundamentum, sint ne eulmodi affectiones, desideria, conatus, Spiritus sancti motiones, an sensuum nostrorum illusiones. Simiam saepe agit amor nostris, & divini amoris non iusto effingit praerogativas. Saepe nobis ipsi illudimus, & mala bona dicimus. Plures ergo similes textus verbi Dei hac ratione interpretandi sunt, quod scilicet iusti viri probabilissimum certitudinem habere suae aeternae salutis valent; secus firmam, quo dubitationem, timoremque excludat, Sic ratio, sic Patrum, & Conciliorum auctoritas intelligere, quo opponere loquent Calvinistic, textus nos edocent. Puleat ergo Novatores illos adversus univeriam antiquitatem classicam canere.



## CAPUT V.

Qua fide theologica credenda ab Ecclesia proponuntur, evidenter credibilia sunt.

I. UT exposita proposito clarius percipiat, distinguamus oportet id quod est evidenter verum, ab eo quod est evidenter credibile. Veritas aut seipsum, aut per sua predicata essentialia & intrinseca intellectuali se prodatur necessum est, ut evidenter sciat. Illud vero credibile dicitur quod prudentem fidei assensum sibi meretur. Si argumenta quae evincunt rem dignam esse ut credatur, urgentia sunt. & maxima; res illa dicitur evidenter credibilis. Cum evidentiā veritatis nunquam reperitur falsitas; secus cum evidentiā credibilitatis. Plures enim testes possunt quidpiam effecere evidenter credibile quod falsum simul esse quit: quoniam testes vel falli, aut fallere valent. Hoc accidit in humanis, minime in divinis, in quibus testimonium Dei errori subesse nequit, neque deceptioni.

II. Probatum proposito exposita. Illud est evidenter credibile quod luculentissimis pluribusque argumentis ostenditur dignum esse ut fidei assensum eidem adhibeatur. Eiusmodi sunt veritates fidei catholicae. Ergo sunt evidenter credibiles. Minor proposito ostendenda est. *Testimonia tua* (inquit regius Vates. Psal. xcii.) *credibilia sunt nimis*. Sed melius evincit proposito nequit quam argumenta recensendo quae credibilitatem articulorum fidei praestant.

III. Primum est Prophetarum vaticinia, quibus Religio christiana, eiusque institutor Christus Dominus praenuntiatus fuit. Legantur prophetae Iacob, Danielis, & Isaiae, in quibus talem quise inveniet Servatorem nostrum  *Jesum Christum*, quem nobis representant Evangelistae.

IV. Secundum est eiusdem fidei propagatio per universon orbem: quae sane propagatio, si serio expendatur, vi efficacissima mentem impellit ad assentiendum huic Religioni. Haec namque mysteria proponit humanae rationi impervia, quae mentem non efficiunt, sed potius animum obruant, terrentque. Eiusmodi tamen arcana, non amorum strepitu, non divitiarum copia, non eloquentiae lenociniis, non voluptatum illecebris, sed a duodecim piscatoribus rudibus, imperitis, sola paupertate, humilitate, rerum omnium penuria instructis, predicata sunt. Quam rationem exposuit Paulus Apostolus I. Cor. 1.

Videte, fratres, vocationem vestram, quod non multi potentes secundum carnem, non multi nobiles; sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confunderet fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt, destrueret. Accedit quod Religio christiana tam sublimis, tam carni & languini infensa, annuntiata sit auditoribus ab eadem summopere averis; nempe ludicris obduratis, Ethnicis idolorum cultui addictis: & quod omnium maximum est, propagatio facta fuit, Regibus, Imperatoribus, supremisque mundi Reëtoribus obstitentibus; quique, ut propagationem impedirent, nullum non movicentur lapidem, nullumque cruciatum, nullum tormentum otiosum reliquerunt. Sed omnia irrita conatu ceciderunt: & idololatria, quae post diluvium universon mundum, parvo angulo excepto, invalerat, quae ubique rexillum crexerat, Principum, & Regum, ac nationum cultu, & obsequio praesulens, neque crucis, quae paulo ante ludibrio habebatur, virtute pulsa, ac tenebrarum obfcuritate sepulta fuit: & crucem ipsam venerari, Hominemque Deum Christum ut legislatorem, generisque humani servatorem, colere coeperunt, non modo rudes, pauperes, ignobiles, sed viri sapientes, praclarissimi Philosopher, praclarissima femine, tribum Magistratus, provinciarum Praefecti, Tribuni, Duces, Principes, ac tandem Reges, & Imperatores. Nonne ergo a Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Psal. cxvii.

V. Tertium credibilitatis indicium est Religionis christianae sanctitas, quae dogmatum veritate, & legum iustitia constat. Dogmata quae credenda Religio haec proponit, alia ratione investigari queunt, alia rationis adeo mentibus nostris praedudiciorum vacuis conscientia sunt, ut a nemine responi possint. Omnia siquidem quae Deo ascribit, nempe unitatem, sapientiam, immensitatem, iustitiam, bonitatem, misericordiam, ceterasque perfectiones, rationi consentanea sunt, & Divinitatem produnt. Quoniam Religio nunquam tam alte deo fessit ac christiana? Quenam Numini tam excelsa, tam sublimia attributa adscripsit? Omnia tum Philosophorum, tum Poetarum gentium gloria, quae suis panxere idolis, nuge sunt, & geræ; si cum iis conferantur quae Prophetae nostri nisi vero Deo cecinerunt. Quae porro

rationem excedunt, rationi congruunt. Quid namque rationi conformis quam ea de Deo credenda proponere quae humana comprehendere mens nequit? Solus Deus seipsum plene cognoscere valet, quia solus est infinita praeditus mente, & intelligentia. An ne infinitus foret, & immetus, si finitum ingenium hominis, angustaque mens sua vi, & cognitione illum equaret? Latet ergo in Deo arcana, perfectiones, & mysteria, quae solo lumine divinitus infuso attingi queunt; quae vel ob hoc sibi adfelicem obsequium nostrum repugnant.

VI. Quam autem honeste, sancte, pieque sint leges quae, ut mores actionesque informet, praescribuntur a christiana Religione, multis explicare non est opus. Quae iustitiorum purior, sanctiorque ea quae in primis Deum super omnia diligere, & proximum eodem ac nosmetipsos amore profectum iubet? Quae omnem dolum, fraudemque in verbis, fatiisque, quae mendacia, furtiva, adulteria, fornicationes, impudicitias, iniurias, cuiusque in honestati imaginem execratur: quae non modo peccata, vitia, criminaque omnia externa, sed etiam cogitationes pravas, & omniaque internas animi machinationes ininus rectas vetat, & desiciatur: quae cordis, animique puritatem, carnis, & rebellium appetitionum macerationem praescribit: quae denique iubet bonum pro malo rependere, non modo offensibus parere, pro persequentibus orare, pietatis & misericordiae officia erga omnes, cum amicis, tum inimicis, exercere, omniaque & animi, & corporis actiones ad quae honestatem, pietatem, equitatem, ac seipsum sit necessarii est, si honesta, & sancta, ergo a Deo est: & si a Deo est, digna ergo ut credatur.

VII. Quartum credibilitatis argumentum est immensa profugiorum multitudo. Miracula namque concepta, & parva est christiana Religio. Quis enumerare sufficit miracula quae Christus paravit? Caecis viam, surdis audium, infirmis sanitatem, morbis vitati extiterunt Apostoli. Quid enim illos tanto vinculo devinxisset, iugum in vitro, ut mortem pro illius fide oppeterent? Quid ab eo aut sperare hoc in mundo, aut timere poterant? Erat ne quidquam terrene felicitatis quod eos in illius obsequium inducere posset?

Deum ergo illum habebant, a quo aeternam in caelis beatitudinem sperabant? Quid quod eiusmodi miracula omnibus praedicabant? Falsa haec illi fuissent, falsitatis, & impolite revidi illico fuissent. Accedit quod Magistri miracula praedicantes, & doctriam, innumereis miraculis confirmabant, ut testatur Marcus cap. ult. *Iti autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*. Quid multa? Ipsi miracula ita quodammodo videmus. Nam praeter alia plura mundi conversionem spectamus. Omnium autem prodigiorum maximum foret, si abique miculis orbis terrarum Christo cruci affixae fidem adhibuissent. Hoc argumentum fidei pertractat Augustinus Lib. xxii. de Civ. Dei cap. v. ubi sic concludit: *Si vero per Apostolos Christi, ut eis crederetur resurrectionem, atque ascensionem praedicantibus Christi, etiam ista miracula facta esse non credunt; hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod ea terrarum orbis sine ullis miraculis credidit*. Capite vero viii. eiusdem Libri falsus hoc de argumento loquitur. *Quisquis* (inquit) *ad hunc prodigium, ut credat, inquirat; maximum est ipse prodigium, quod, miranda credent, non credit*. Plurima ibidem miracula recensit, quorum ipse fidei testem tum Mediolani, tum Carthagine fuisse fatetur.

VIII. Quintum credibilitatis argumentum est telium dignitas omni exceptione maior. Quod ut a suo principio reserant, observandum est, unicam temper fuisse Dei Ecclesiam & Religionem; quamvis varios status, & modisque subierit. Antiqua Indorum oropis, figurisque plena novum Christianorum portendebat sedes, exultante Messiam inaniter symbolis praeferebat. Porto iudaeae Religionis primus telis simul, & scriptor fuit Moyses. Hic scriptis consignavit Religionis divinae vultum. Epochas, momentaque adeo perpicuum ponit, ut cuiusque deceptionis suspitionem excludat. Quae priores epochae, mundi creatio, & aquarum diluvium, tam prodigiosa sunt, ut, longava horum aetate spectata, una alteram tangeret, erantque memoria tempore quo Moyses scriberet, recens esset. Siquidem *Sem*, streto tempora spectemus, agnovit Lamec, qui Adam fuit allocutus. Si posteriores respiciamus aetates, idem *Sem* vidit Abraham. Hic vidit Iacob, qui Moyses amicus cognovit. Patriarcharum vitae, tot annorum plenae, eorumque genealogiae erant annales, seu historiae cuiusque imposturae expertes. Si quid narraisset Moyses minus verum, extemplo falsitatis reus revincitur.



possidet. Nam quatuor aut quinque hominum, qui se memio agnoverunt, aetate tota concludebatur historia. Nullam ergo patitur Moysis narratio exceptionem. Quin ex ipsa historia validissima erantur argumenta quae eandem fide dignam, veramque produunt. Primo gentis suae, suaeque familiae, ac tribus delicta, & flagitia, non secus ac virtutes, patefacit. Deinde immensa, ac stupenda quae narrat miracula in legis luce confirmationem, nulli sunt obnoxia cavillo. Nam quod nube in montem transiit fuerit; quod illic quadraginta diebus mortuus sit; quod eius facies in legis promulgatione solaribus veluti radiis splenderet; quod emicuerint fulgura, & tonitrua, fragoreque aures percussent populi; quod horrendo Core, Dathan, & Abiron, impiaque factionis exitio, illius auctoritas vindicata fuerit; quod lapis bis percussus aquas emiserit; quod manna de caelo ad illius precationem depleret; fuit haec, & alia plura, quae omittuntur, momenta, quae Dei Prophetam Moysen vincunt. Nam haec prodigia ipsis rerum gestarum occatis rebus Moyses narravit, atque pro concione publicavit. Populus toties inartitudinis, rebellions, aliorumque seclerum reus convictus, impropereisset fidei legislatori, si quid vel minimum falsitatis ille enuntiasset. Neque artibus magicis tribui haec portentia queunt; quis enim suspicari magum ausit Moysen, qui tantopere ab hac superstitione abhorruit, ut lapidibus obrui praeciperet qui magos, ariloque consulisset? Quid, si eventa recenserem quae praedixit, quaque prophetae responderunt, & quae demones ipsos latebant?

IX. Ceteri Prophetae sunt quoque testes divinae, veraeque Religionis, eorumque praedictionis eventis comprobatae divinitus revelationem ostendunt Religionem. Itaias urbis excidium, populi que exitium, ac eisdem libertatem Cyri opera asserendam vaticinatus est. Ieremias idem populi captivatem, eisdemque liberationem praedixit. Quid de Ezechiele, Daniele, aliisque variis dicam? Quid de sacris voluminibus in quibus mysteria, & Religionis sanctiones continentur, dicendum? Haec sane sacra volumina tum Moysis, tum aliorum vatum, caelesti magis providentia, quam hominum industria conservata sunt. Quis indigne Dei opus non agnoscat, quod sacra illa volumina non modo antiquissimum temporum iniurias superaverint, sed Antiochi, aliorumque tyrannorum levitiam evaserint, & ad nos usque sacra recta pervenerint?

X. Porro si novum testamentum specta-

mus, nova, & luculentissima credibilitatis argumenta occurrunt. Quis inficias ire ausit, Apostolos Spiritu divino edoctos fuisse, qui paulo ante in ipsa plebe contemptibiles, repente de caelestibus mysteriis supra humanum caput disserere aggressi sunt? Divinam historiam humiliter, abiectione sermone tres Evangelistae recitant: sed lententis adeo sublimibus, & tam alta arcana edisserunt, ut divinitus eos locutos fuisse quique agnosceret valeat. Ioannes vero e sublimi tonans tanta sermone maiestate utitur, ut quorumlibet sapientum contumaciam, superbiarumque confundat, deprimatque. Et quod supra modum satis superque eorum doctrinam attollit, illud est quod homines idiotae isti fuerit, qui nihil in hominum schola dicerant. Quid quod Paulus ex sermo, & languinario hoste in novum hominem conversus, subita, & imperata mutatione doctrinam quam prius oppugnabat, palam asseruit?

XI. Apostolorum, aliorumque Discipulorum Christi atrocissima martyria fidei christianae credibilitatem splendorem efficiunt. Quid Apostolos impulit ut pro Religione semel suscepta mortem opperentur? An ne terrene cuiusdam felicitatis spes? An ne aliqua falla credulitas? At ipsi testes oculati, extirpe eorum mirabilia quae narrabant: ipsi longo tempore Christi conversatione, ipsi longae consuetudine usi sunt: ipsi prodigia quae Magistro suo praedicabant, oculis percipere conspexerunt. An ne tot labores, persecutiones, verbera, durissimaque tormenta sponte subissent, ut hominem crucifixum defenderent, ejusque doctrinam propugnarent, nisi caelesti virtute adiuti fuissent, nisi futurae, beataeque vitae firma spes animos eisdem adiecisset, nisi miracula spectassent quae omnem creatam virtutem superant? Quis ergo doctrinam tantorum testium sanguine obfirmatam, atque testificatam non amplectetur? Quid, si multo addatur martyrum qui ex omni fatis, sexu, aetate, & conditione a primis usque Ecclesiae catholicae temporibus levissimae supplicia, mortemque acerbissimam invicta constantia, & alacritate pertrulerunt; qui caritate eximia suos complexi sunt tyrannos, & carnifices?

XII. Auctoritatem horum testium firmat insignium Doctorum sententia. Si quidem ea fuit divinae providentiae ratio in promulgatione christiana legis, ut primam peccatorum nudes, hominesque terrena delictorum sapientia delegerit ad fidem amplificandam; deinde tempore decursu homines acciperet praestantissimo ingenio praeditos, ac omni doctrinarum gene-

re eruditos. Hi toti fuerit in meditandis Scripturis, mysteriisque Religionis. In id conatus suos, omnemque industriam contulerunt, ut offenserent divinam esse Religionem tanta argumentorum multitudine fultam. Eiusmodi fuerit inter plures Origenes, Iulianus, Athenagoras, Irenaeus, Cyprianus, Basilus, Athanasius, Gregorius, Nazianzenus, Nyssenus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, ac alii plurimi cuiusque aetatis, ac temporis.

XIII. Plurima alia credibilitatis indicia nunc pretereo, quae suffore calamo ab Auctoribus describuntur: Ex his paucis dumtaxat quae indicata sunt, colligere evidentem nostrae Religionis credibilitatem licet. Nam praedictiones futurorum eventuum, & miracula quae omnes naturae sperant vires, quaeque ad confirmandam christianam Religionem Deus operatus est, illam evidentem credibilem efficiunt. Eventum qui vaticiniis Prophetarum responderunt, universis orbis testis fuit, ut iam indicatum est. Miraculorum Christi testes oculati fuerunt Apostoli. Miraculorum quae Apostoli patrarant, testes fuerunt eorumdem discipuli. Prodigiorum vero quae a discipulis facta sunt, testes extiterunt focii Christiani; ita ut perpetua fuerint miracula, & perpetui testes omni exceptione maiores. Opus haud est ut fufius rem hanc explicem. Quisquae legis christianae puritatem, sanctitatem, honestatemque fufius exponere valet, quemadmodum & singula credibilitatis argumenta; ut inde, quam sit fide digna Religio nostra, magis magisque ostendat.

XIV. Plura adversus sententiam nostram obicere solent, quae paucis expediam. I. Religio christiana non pauca credenda praecipit quae rationi repugnant. II. Mahumetismus brevi propagatus est tempore, quemadmodum Lutheranismus, & Calvinismus, ut plures alias sectas flosam. III. Pagani, & haeretici suos habent martyres, prophetas, & miracula.

XV. Ad primum ex his quae diximus, responsum patet. Plura proponit christiana Religio quae captum humanae rationi repugnant, nihil porro quod humanae mentis superant, quin ratio ipsa, dum immensitatem, infinitatemque Dei ostendit, plura in Deo esse docet quae comprehendere nequeunt. Divinae Religionis mysteria, Deique arcana divitioris ordinis sunt, quod & naturalis ratio docet: nequit ergo eadem mentura nostra metiri, suaeque intelligentia circumscribere, & equare. Si humanae mentis vis in his ipsis defectu, & equat cadunt; quid mirum, si circa divina occurrat? Satis nobis sit nihil unquam ab in-

sensibilis Religionis nostrae hostibus Porphyrio, Celso, Iuliano Apostata, aliisque eiusdem furarum opponi potuisse quod non fuerit solidis reprobis confutatum, atque convulsum: idque ex sapientissimis Patrum, Theologorumque Apologos constat. Secundi argumenti facilius solutio est. Mahumetismus humana arte, & industria parvus, aut fufus est: quippe vi, armis, spe praeda, regnaorum cupiditate confusa amplificavit. Religio isthac carnalibus appetitionibus tota est consentanea. Contra fides catholica nullo naturali praesidio, nullaque humana cultura mixta, immo fremencibus, atque omni conatu reluctantis mundi Reformatione propagata est. Lutheranismus, & Calvinismus ad Mahumetismum accedunt. Sacerdotibus uoxes concedunt; virginitatem, atque castitatem improbant, Sanctimoniam, religiosioque viros a vocis solvunt; bona Deo, & Ecclesiae consecrata usurpant, & laicis Principibus donant; ieiunia, & quidquid feveritatis praescribit in cohibendis sensibus lex evangelica, relinunt; regnum spirituale lex temporalis confundunt; immumque Pontificatum, non secus ac Pagani, Regibus adidicant. Quid ergo mirum, si Religio isthac armis, & fraudibus munita; brevi magnam septentrionis partem invaserit? Martyres quos Sectae iactant, vesana superbia, ac contumaciae arrogantia, non veritatis, ac Religionis divinae amor peperit: idque ex istorum martyrum vita, gestisque clare colligitur. Miracula porro quae tum Pagani, tum haeretici obiciunt, praestigia mera sunt. Fabulam omnino dolet quod scribit Suetonius de Vespasiano Caesare, eum nempe speto eorum immalinasse, debilenque cure lanasse. Vaticinia Paganorum, demonum illusiones fuerit. Quae narrat Philostratus de Apollonio Thianazo, virtutem demonum minime superant, ut asserunt Chrysostomus, Augustinus, & Hieronymus, qui Apollonii portenta artis magice incantationes fuisse scribunt. Idem de Antichristi futuris prodigiis decendum. Catholicae Religionis miracula similia responda non excipiunt. Haec namque in demonum contemptum patratu fuerit, atque inter preces, & sacrificia vetero Deo oblata. Plurima demonum superant potestatem, ut permanent mortuorum refectatio, futurorum liberorum, cordisque secretorum revelatio. Qui plura cupit, eos adeat auctores, qui ex infuturo hanc veritatem materiam.



## CAPUT VI.

Inter Religiones qua Christi Evangelium profitentur, sola Catholica, Romano Pontifici obediens, evidenter credibilis apparet.

**C**hristianae Religionis generatim acceptae argumenta haecenus dedimus, quae eandem evidentem credibilitatem ostendunt. Quoniam vero plures reperitur sectae quae Christo, cuiusque Evangelio adherent, quaeque a catholica Religione discerpit sunt; investigare expediat, an sola catholica Ecclesia manifestis credibilitatis iustitiae ad institutum nostrum aliena sit. Quoniam eo spectant conatus nostrum, quae cumque sint, ut animarum paucioribus subdita parangis quibus gregem suum alere, & a lapsis vocibus defendere queant. Porro ut tanto defungi munere valeant, haud sufficienter quorundam casuum resolutiones, nudaque articularum inde cognitio; sed parati sunt, & expediti ad rationem fidelis suae exhibendam oportet, ut inquit S. Petrus Epist. I. cap. III. Parati semper ad satisfactionem quoniam polliciti vos rationem de ea qua in vobis est. Et D. Paulus Epist. ad Tit. cap. I. Oportet enim Episcopos potius sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Quod monitum, siue mandatum inculcat ad Timoth. II. cap. IV. Praedica verbum, in omni opportune, importune, argue, obsecra, incepta in omni patientia, & doctrina. Lege quam Episcopus praescribit Apollolus, omnes Ecclesiae pastores, qui animarum curam gerunt, devinciri compertum est. Quilibet namque pastor, siue supremus, siue infimus, gregem suum defendere astringitur. Qua autem ratione defendit, si armis, subsidique ad id necessarius deficiat? Consentaneum ergo est ut eam animarum paucioribus doctrinam tradamus qua & alere, & ab hostium aggressibus gregem suum defendere valeant. Verum quid amplius verba damus? Res adenda est.

II. Ut sententia quam populus, perpicua fiat, catholicae Ecclesiae notionem pronamque oportet. Haec porro est ceteris, sui congregatio Christianorum, qui Romano Pontifici pro tempore existentis, ceteri Christi vicario, & universalis Ecclesiae moderatori, obediendam proficiuntur. Signa nunc, siue note desideranda sunt quae solam hanc catholicam Ecclesiam, sui Religionem quam haec Ecclesia proficitur, veram esse Christi ipsam evidentem ostendant.

III. Quatuor sunt nota quibus Concilium Nicenum primum in suo symbolo Christi Ec-

clesiam insignit. Illam vocat unam, sanctam, catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Et ut a prima ordiamur, unitatem Ecclesiae Christianae colligunt Patres ex Scripturis sacris. Ex Cant. vi. Una est columba mea: ex Ioan. vi. Fiet unum ovile, & unus Pastor: & I. Cor. x. Unum corpus multi sumus: & Ephel. iv. Unum corpus, & unus spiritus: una fides, unum baptisma, unus Deus, & Pater omnium. Haec autem unitas tum interna est, fidei scilicet, & caritatis, iuxta illud I. Cor. iv. Habentes eundem spiritum fidei: tum externa, & oculis exposita, quatenus omnia membra eandemque sacrorum dogmatum doctrinam unam profitentur, & prout sub uno visibili capite, & pastore, qui est Romanus Pontifex, colligata sunt. Plura enim corpora, nisi uno subsistant capiti, unum minime vocari possunt. Hinc est quod Petri Cathedra centrum unitatis appellatur a Patribus. Unus est inquit Hieronymus Lib. I. cont. Iovinianum, ut, capite constituto, schismatis tallatur occasio. D. Cyprianus Lib. IV. epist. x. Non aliam de haeresi oborte sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur.

IV. Sanctitatis prerogativam vere Christi Ecclesiae, omnes, ne haereticis quidem exceptis, adiudicant. Porro quod sanctitatis splendore Romana fulgeat Ecclesia, ostenditur. Sanctitas quam Ecclesiae tribuimus, a doctrinae puritate potissimum petitur, & deinceps ab hominum castissimis moribus. Ceteris namque fidelium gens sancta nuncupatur I. Pet. II. Sensus tamen haud est quod omnia membra sancta sint, & a peccato immunia; sed quod professio fidei, & doctrina vere Ecclesiae eo spectet ut suos professores sanctos efficiat, aptaque sit ad hanc sanctitatem induendam, plurimisque re sanctos efficiat; quamquam plures sint qui ad hanc sanctitatem deficiant, quia leges quas professio fidei praescribit, transgrediuntur. Lex enim Domini immaculata convertens animas: PL. LVII. Porro quod soli Romanae Ecclesiae haec sanctitatis nota conveniat, res est manifesta. Haec quippe Ecclesia universam Del legem praedat, servandamque inculcat: non modo evangelica mandata, sed consilia istidem exsequenda proponit. Quid in suis Conciliis, quid in pontificis Decretis ad formandos fidelium mores praescribit praeter regulas illas quas vel ab Apostolis perenni traditione accepit, vel ab ipso verbo Dei scripto haurit? Euilmodi Concilia, & Decreta, seu Canones pro morum integritate

tate custodienda editos legant nasciti haereticorum censores, opponantque, si valeant, quidquam in istidem haberi minus rectum, minusque sanctum. Pudere eos debet quorundam Catholicorum depravatos obicere mores, coque in Ecclesiae dedecus regere; ac si nullum esset Ecclesiam triumphantem inter & militantem discrimen. Haec agro comparatur, in quo paleae permixtae frumento sunt, & domo in qua aurea vasa lignis, & factilibus sunt interposita. Nonne Ecclesia remedia suis infirmis parat? Quo sacramentorum administratione perinet, nisi ut penitentium crimina deleat, fordesque abluat? Sinu ergo suo Ecclesia excipit peccatores, & inllos: hos ut membra viva & sancta, atque ut potissimum ceteris sui portione; & illos ut infirma membra, ignobilioremque partem. Illos caelesti pabulo reficit, ut adolescant, atque semper ascendant; illos secundo penitentiae baptismate a morte revocat, eorumque vulnera sanat, validaque remedia istidem praescribit, quibus a futuris sibi cavere morbis, altiorisque Sanctorum semitis calcare valeant. A sua nativitate ad haec usque tempora Romana Ecclesia innumeros peperit filios cuiusque sexus, status, aetatis, conditionisque, qui mirabili sanctitate emulserunt. Sanctorum virorum multitudine primis Ecclesiae saeculis vel ipsi haereticis concedunt. Eorum vero qui haec nostra trilli, ac calamitosa tempestate vitam ducunt immaculatam, nos ipsi testes sumus. Faemur utique magnum, maximumque scelestorum horum numerum reperiri in hac ipsa sancta Ecclesia. Quid hinc? Propterea ne sancta desinit esse Ecclesia? Num istorum flagitia, sanctorum virorum merita, virtutes, gestaque divina de medio tollunt? Si iniquorum hominum crimina Religionis veritati, & sanctitati offendent, nulla unquam existisset vera Religio: quoniam nunquam post Adae culpam deservierunt peccatores. Veritas itaque, & sanctitas Religionis a doctrina, & dogmatum quae ipsa praescribit, sanctitate accrescit. Ceterum si in vera Ecclesia caelesti homines reperiantur, evidenter quoque viri sanctitatis praediti, quibus caeteri semper falsa Ecclesia,

V. Aliae duae nota non minus evidenter Ecclesiae Romanae compertum. Nam quod Ecclesia Romana sit catholica, seu universalis, res est manifesta, si quid haec vox catholica significet, clare explicetur. Igitur catholica Ecclesia ea dicitur quae universas gentes sibi suo excipit. In hac a Synagoga distinguitur, quae solos Iudeos complectebatur, ut inquit David Psal. lxxvi. Notus in Iudaea Deus,

in Israel magnum nomen eius. Loquens vero de futura Christi Ecclesia Psal. II. ait: Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terre. Quare licet una semper fuerit Ecclesia, post incarnationem tamen divini Verbi novum veluti statum induit, atque confinia sua amplificavit. Quippe non modo nationibus omnibus sinuatum aperuit; sed re ipsa per universum orbem diffusa est, iuxta illud PL. LVIII. In omnia terram exivit sermo eorum. Quamvis postea plurimum populum scelera divina provocaverint sustulit, ut lumen vere fidei illis subduceret, quo alias illustraret nationes; non propterea desinit esse catholica: quia non requiritur quod re ipsa Ecclesia dispersa semper sit in quacumque orbis partem eodem tempore, ut quaeque deminuerit; sed satis est quod omnia tempora comprehendat, & quod temporis decuria per omnes terrarum orbis partes morali sensu diffusa fuerit, coque incubat ut fidem suam omnibus nationibus praedicare conetur.

VI. Quarta prerogativa, quod Ecclesia Romana sit apostolica, ostenditur successione summorum Pontificum a D. Petro ad haec usque tempora. Si enim ordo Episcoporum (inquit Augustinus epist. olim clxxv.) sibi succedentium considerandus est, quanto certius, & vere salubriter ab ipso Petro sumeramus? Petro enim successit Linus, Linus Clemens & Cetera. Optatus Miltreitanus Lib. III. cont. Parmen. Vestra, inquit, Cathedrae originem ostendite, qui vobis videtur sanctam Ecclesiam fundicare. Et horum prior Tertullianus Lib. de praescript. cap. xxxii. Edant, inquit, heretici originem Ecclesiarum suarum, & evolvant ordines Episcoporum suorum ita per successione ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquam ex Apostolis, vel apostolicis viris, qui tunc cum Apostolis praeservaverit, auctorem habeant, vel antecessorem.

VII. Plures alios characteres lato calamo desiderunt Auctores, quibus Ecclesia Romanae veritas palam fit: illius antiquitatem, visibilitatem, universalitatemque solum exhibent. Nos quaedam dumtaxat libamenta notiter perstringimus, omneque Ecclesiae obiter ad duas reducimus, nempe ad catholicitatem, & unitatem. Si enim catholica est, apostolica se oportet. Claudit quippe omnia tempora a sua institutionis initio usque ad finem. Unitas porro dogmatum, & doctrinae visibilis sit necessum est. Quomodo enim tot diffuse nationes in eandem valentem doctrinam, eadem proteri dogmata consentire, nisi



extrinsecus omnibus eadem dogmata proponerentur, unumque esset caput cui omnes dicerent, unaque iudex qui omnes dirimeret de eisdem dogmatibus controversas?

VIII. Quod recentis notis ornata esse debeat vera Dei Ecclesia, nec ipsi hæretici dissentirent; sed has notas Ecclesie Romanæ competere pernegant. Nos vero, ut eadem nostris soli Romanæ Ecclesie asserimus, quamque etiam Ecclesiam, vel sectam, desinitam illis esse, brevissime ostendimus. Et ut prima Atheorum secta ordiarum, iam in prolegomenis ostensum est, non modo illam nullo polere creditibilitatis iudicio, sed esse evidentem falsam. Idem de Polytheistis dicendum: plures enim deos repugnare lumini naturali, evictum ibidem est. Non minus evidentem falsam apparet Deistarum factio, quæ unum quidem Deum admittit, sed colendum esse ita, prout rationis lumen prescribit, omneque divinas respuit revelationes. Hoc autem ipsi rationi repugnat. Quandoquidem si unus est Deus illius universi creator, dominus, & gubernator; modus quo colendus sit, & orandus, non nisi ab eodem prescribi potest: quoniam in rebus divinis, cultusque supremo Numini offerendo cæcitantur homines, ut paganorum, vel sapientium experientia patet. Si quisque princeps, & dominus regulas quibus a suis colatur libidinis imponit, quidam Deus sui cultus, & venerationis menturam, qualitatem, terminosque definitur, ut consuetudinem, contrarietatis, & superstitionis occasionem tollat? Quis negare audeat rationi consentaneum esse, ut Deus ipse modum statuat quo a creatura colatur?

IX. Mahumetinum nulla gaudere creditibilitatis nota, competunt illi. Plurima doctrinae capita in Aicorano contenta honestati naturali adversantur. Nomen carnales voluptates, uxorum pluralitas, scædæ libidines, quas Mahumetis secta permittit, vel ab ipsa Ethnicis proficere fuerunt? Nec in præsentia est ut flagitia, fraudes, dolos, & armorumque crudelium servitium, quibus parva, amplificataque fuit religio illi scædæ.

X. Iudæismi religionem post incarnati Verbi adventum falsam evincunt tunc prophetia impleta in Christo Virgini filio, tunc prophetia eisdem Christi de Iudæorum excidio, de gentium conversione, deque sue Ecclesie institutione, atque propagatione: quorum omnium eventum universis orbis conspicit, ipsique Iudæi profugi, & per universam terram dispersi, calamitatibusque obruti, testes sunt divinæ erga semetipsos vindictæ, atque

hereditatis cælestis olim sibi promissæ ad alienos devolutæ.

XI. Illud nunc superest ut hæreticorum, qui Christum, cuique Evangelium, divinumque Codicem suscipiunt, sectas vere Ecclesie characteribus deitutas ostendamus. Hoc porro ut evincam, de recentibus Lutheranorum, & Calvinianorum sectis sermonem instituiam: eadem quippe omnium hæretarum ratio est. Antequam vero ultra progredior, lubet nonnulla ex iplo Calvino illuc transcribere, quibus notas vere Ecclesie conseritur. Esse unam, & catholicam, seu universalem fidei probat, in eoque invehitur qui hanc unitatem discindunt. Inquit ergo Lib. IV. Institut. cap. 1. num. 2. Nec vero satis est electorum turbam cogitatione animoque complexi, nisi talem Ecclesie unitatem cogitemus; in quam nos esse insitos, vere simus persuaasi. . . . Ideo catholica dicitur, seu universalis, quia non duas, aut tres invenire liceat, quæ dissepantur. Christus quod fieri non potest. Quinque electi Dei omnes in Christo sunt connexi, ut quemadmodum ab uno capite pendunt, ita in unum veluti corpus coalescant: ea inter se compage coherentes, quæ eiusdem corporis membra; vere unum facti, qui una fide, spe, caritate, eodem Dei spiritu simul vivunt. Hanc unam universalem Ecclesiam visibilem esse scribit num. 4. Verum quia quæ de visibili Ecclesia differere propositum est, discimus vel matris elogio, quam utilis sit nobis eius cognitio, in quo necessaria. . . . Extra eius gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec illa salus teste Isaia, & Isela. Hanc externam visibilitatem in prædicatione Evangelii sitam vidit num. 5. Fidem Deus nobis inspirat; sed tam in Evangelii prædicatione (eodem Paulo teste) deponit, atque explicat. Hoc consilio olim sacros haberi convenit ad Sanctuarium, ut fidei consensum alerent doctrina per os Sacerdotis prolata. . . . Sic autem verum populum non ablegavit ad Angelos, sed Doctores excitavit a terra qui vere præstarent munus angelicum; ita & nos hodie humanitus vult docere. Ad sicut olim non contentus fuit sola lege, sed Sacerdotes addidit interpretes, ex quorum labiis populus inquireret verum illius sensum; ita hodie non tantum vult nos esse lectiois attentos, sed magistrorum præficit, quorum opera adjuvemur. Cuius rei duplex est utilitas: nam ab una parte optime examine obedientiam nostram probat, ab altera ministris non secus atque ipsam loquentes audimus; ex opposito etiam nostram instrumentis consulti, dum per interpretes loquuntur more nos ma-

zult

vult alloqui, ac ad se alliciat, quam tonando ab se abigere. . . . Quibus autem videtur ex hominum qui vocati sunt ad docendum, contemptum examini doctrinae auctoritas, hi ingratiudinem suam produnt: quia inter tot præclaras dotes, quibus ornatus Deus humanum genus, hæc prærogativa singularis est, quod dignatur ora, & lingua hominum sibi consecrare, ut in illis sua vox resonet. Quare ne vicissim & nos obedienter amplècti piget salutis doctrinam eius mendato, & ore propositam: quia etsi externis modis alligata non est Dei virtus, non tam ordinario docendi modo alligavit; quem dum recantare tenere sanatici homines, multis se exitibus laqueis involvunt. Multos impellit (in Anabaptitas invehitur, & semetipsum, sicutque gregales, velit nolit, vividis depingit coloribus) superbia, vel fastidium, vel emulatio, ut sibi persuadeant privatim legendo, & meditando, se posse satis proficere, atque ita contentam publicos cætos, & prædicationem superarum ducunt. Quoniam autem sacrum unitatis vinculum, quantum in se est, solvunt, vel abruptum; nemo instam impij huius divortij parvam effugit, quin se pessiferis erroribus, ac terrissimis delictis fascinet. Quare ut vigeat apud nos pura fides simplicitas, ut mihi graveur hoc pietatis exercitio, quod Deus nobis sua institutione monstravit esse necessarium, & intempere commendat Deo: qui aures dicitur claudendas esse, nemo unquam vel ex petulantissimis canibus invenitur est. Sed omnibus factis difficile fuit certamen Prophetis, & pijs Doctoribus contra impios, quorum pernicia nunquam iugum hoc (heu quam apte hæc tunc quadrat, Calvine!) subire potest, ut ore, & ministerio hominum doceatur.

XII. Persequitur num. 7. 8. & 9. visibilis, & universalis Ecclesie symbola, seu notas describere. Hinc nascitur (inquit) nobis, & emergit conspicua oculis nostris Ecclesia facta. Ubicumque enim Dei verbum fuerit prædicatum, atque auditum, ubi sacramenta ex Christi institutione administrari viderimus, illic aliquam esse Dei Ecclesiam nullo modo ambigendum est. Quandoque Dei promissio fallere non potest. Ubicumque duo, aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Sed, ut summam huius rei liquide teneamus, his veluti gradibus progrediendum est. Ecclesiam universalem esse collectam ex quibuscumque gentibus multitudinem, in unam tamen domine doctrinam unitatem consentit, & eisdem religionis vinculo colligatur. . . . Ita & Ecclesia universalis suam servamus unitatem, quam dissecare semper su-

luerunt diaboli spiritus, (Lutherus, & Calvinus) nec conventus legitimos qui pro locorum opportunitate distributi sunt, sua auctoritate fraudamus.

XIII. Descriptis fuso calamo vere Christi Ecclesie symbolis, concludit num. 13. hanc Ecclesiam gremio suo excipere tum iustos, tum peccatores, atque in Catharos, Donatistas, & Anabaptitas declamat, quod loquos Sanctos membra esse ecclesie doceant, & ab eadem peccatores reiciant: quorum errorem Evangelij textibus confutat. Fuerunt enim semper qui falsa absolute sanctimoniam persuasione imbuti, tamquam aeris quidam demones iam facti essent, omnium hominum consortium aspersionem in quibus humanum adhuc aliquid subesse cremerent. Tales olim erant Cathari, & qui ad eorum vesantium accedebant) Donatiste: Tales hodie sunt ex Anabaptistis nonnulli qui supra alios volunt videri proficisci. Alii sunt qui inconsiderato magis iustitiae zelo quam insana illa superbia peccant. Dionemiam apud eos quibus Evangelium annuntiat, eius doctrine non responderet vite fructum vident, nullam illis esse Ecclesiam statim iudicant. Iustissima quidem est offensa, & cui plus satis occasionis hoc miserissimo sæculo præbent, nec excusare licet maledictam nostram ignorantiam, quam Dominus impunitam non sinet, ut tam gravibus flagellis castigare incipit. Va ergo nobis: qui tam dissoluta flagitiorum licentia committimus: ut propter nos voluerunt inbecillies conscientia. Sed in hoc vicissim peccant illi quos diximus, quod ostentum sua videri statere existunt. Nam ubi Dominus clementiam exigit, omnia illa, totos se innodante securitatis tractant. Quia enim non putant esse Ecclesiam, ubi non est solida vite puritas, & integritas, scelerum edo & legitima Ecclesia discedunt. Allegant Ecclesiam Christi sanctam esse. Verum ut simul intelligant esse ex bonis, & malis permixtam, istam ex ore Christi parabolas audiant in qua rei comparatur, quæ piceorum genus colligitur, neque sequitur, donec in littore sit expostis. Audiant, agris esse similem, qui bona fruge confusus, zizanias inimici fraude inficitur; quibus non expurgatur, donec in aream advecta fuerit messis. Audiant denique, aream esse, in qua sic collectum est triticum, & sub palea deliteat, donec vomo, & cribro repurgatum in horreum tandem reconducat. Quod si hoc malo ad diem usque iudicij laboratum Ecclesiam pronuntiat Dominus, ut improborum permissio oneretur, frustra nullo nexu inseparam quantum.

D. 2

XIV.



XIV. Hæc paulo fufius exhibere placuit, ut ex intensiffimi hoflis confeffione & Catholico-Romane Ecclefiæ fplendor magis fulgeat, & Proteftantium feftas non nifi a fpiritu fatanico partas effe luculentius confter. Si, Calvinio latente, fymbolum potiffimum vere Ecclefiæ efl: unitas fidei, feu doctrinæ credendæ; offendant, fi valent, Lutherani, & Calvinifte ftorum dogmatum imitantes, exhibeant eandem articuloſorum fummam. Nonne in ipſis punctis capitalibus mutuo difſident? Quid quod vel ipſi Lutherani in plures adverſas factiones, & Calvinifte in plurimas mutuo pugnantes feftas dividuntur? Prodigioſam Eccleſiarum Proteftantium in fidei profeſſione varietatem, viciffitudines, mutationemque, tanta evidentia evincit doctiffimus Jacobus Boſſuetus, ut nihil unquam ſolidi reponere valuerint Proteftantes. Lutheri ipſe temporî indulſit, & quod uno die palam propugnabat, altero die, homiebat. Confeſſio Auguſtina infra viginti ſeptem annorum intervallum dodieſces mutata fuit. Sub initium, cum defectio omnium frontem aon exuerat, multa conceſſit Pape; que poſtmodum crefcente iniquitate pro blaphematis habuit. Zuinglius Calvinî Magiſter, Calvinus Magiſter Bezae in dies fidem permutabant, ut retiar vel ipſe Beza epiſt. 1. ad Andream Duditium, iniquis: *Palantes omni doctrinæ vento... modo ad hanc, modo ad illam partem deſerit. Horum que ſit hodie de Religione ſententia, ſcio fortasſe poſſis; ſed que oras de eadem ſententia ſit opinio, ne uerito affirmare queas. A capite ad calcem ſi percurras, nihil propemodum reperias ab uno affirmari quod alter ſtatim non impium eſſa elamitet. In quo tandem Religioſi capite congruent inter ſe Eccleſia qua Romano Pontifici bellum indixerunt? Similia ſcribit Lutherus epiſt. ad Antverpienſes: *Tot inter nos Religioſi ſunt, quot homines; nec affirmari quifquam eſt tam hebes, & recors, qui inſomnia proprii capite, & propriam opinionem pro inſinſtæ Spiritus Sancti, & ſuipſum Proprietatem haberi nolit.* Habemus ergo fatentes adverſarios, nullam penes ipſos Religioſi unitatem reperiri. Qua vero fronte conqueritur Lutherus nequidem inter ſuos, vel hebetiffimam affirmari eſſe qui novam quamdam Religionem non proccadat? Nonne confeſſarium illud neceſſario ſuam conſequitur doctrinam? Si ipſe Eccleſiam in qua regeneratus, & abſolus erat, audire detrectavit; illi ne ceteri aſurgent? Si omnium inſaluberrimæ fidei regulam, qui fideles adhaerere debeant, ipſe agnovit,*

& de medio ſuſtulit, qui fieri poteſt ut in eandem Religionis unitatem conſentiant? Si ſpiritu privatam civiſque hominis, ſeu ſupremum in terris tribunal ad dirimendas Religionis controverſas conſtituit; quid mirum, ſi tot ſint Religioſes, quot Lutherani?

XV. Calvinus, ut ex iſis que deſcripiſi, patet, palam fateatur, Eccleſiam eſſe unam, univerſalem, viſibilem, ſancſam, que juſtos, & peccatores complectitur. Negat poſtea eodem Lib. IV. cap. 11. præfata ſymbola Romanæ Eccleſiæ competere: quod quomodo ſalvum ſit, iam declaratum eſt. Si Religioſi unitas ſpectetur, delignant, ſi tanti ſunt, Proteſtantes, fidei dogma aliquod in quo diſcrepent Catholici. Negent, ſi auſint, nos omnes habere unam fidem, unam caput Chriſtum in calis, cuiſque Vicarium Romanum Pontificem in terris. Viſibilem fateatur Calvinus Eccleſiam. At ſi membra viſibilia ſunt, ergo & caput, ſub quo hæc membra congregantur. Catholicam eſſe Romanam Eccleſiam, ſeu univerſalem, & apolloſicam, que ab Apoltoſis fundata in omnes gentes diſſuſa ſit, ſoli Calvinifte, & Lutherani, eorumque ſimiles odio perſiti, & caritate obduſti negare poſſunt. Audiamus quid contra Epicoſorum ſucceſſionem, qua originem ſuam ab Apoltoſis ducere Romanam Eccleſiam, omnî ſæculo demonſtrant Patres, Calvinus reputat. Primo ut ludicrum reſpuit argumentum iſtud. Inquit enim loc. cit. 2. 2. *Sed quibus rationibus veram ſe Eccleſiam habere conſiderant? Allegant ex vetuſtis annalibus quod olim in Italia, in Gallia, in Hiſpania fuerit. A ſanctis illis viris qui ſana doctrina fundantur, excitanturque Eccleſias, doctrinamque ipſarum, & Eccleſiæ edificationem ſuo ſanguine ſtabiliverunt, ſe originem ducere...* Cræmemorat quanti hæc ſucceſſionem fecerunt Irenæus, Tertullianus, Origenes, Auguſtinus, & alii. Quam ſtrivola ſint iſta, & plane hædicia. Quid agendum cum homine qui oraminum antiquorum Patrum ſolidiffimas argumentationes ſtultes vocat? Doceat nos novus hic Ariſtarchus, quomodo vincenda ſit a Chriſto, & ab Apoltoſis origo noſtra, niſi perenni Epicoſorum qui Apoltoſorum ſædus occupantur, ſucceſſione? Nonne hæc ſola, & unica via, quique ſua familie antiquitatem evincit? Sed quid regerit Calvinus, ut inanem otendat hæc argumentationem? Quid (ſubdit) ſi Græciam illis regerant? Quæſo igitur iterum ab ipſis, cur apud Græcos perſiſſet Eccleſiam dicant, apud quos nunquam interrupta fuit illa Epicoſorum ſucceſſio, unica co-

rum.

rum opitions, Eccleſia cuſtos, & conſervatrix? Heu quam currit homo, alloquin peracutus, & eloquens, dum contra Romanam Eccleſiam rabiem, livoremque evomit! Illi-corum ratione, honeſtate, & ſinceritate deſtituit, ut vel ex paucis recitatis liquet. Quis unquam aſſeruit Epicoſorum ſucceſſionem unam, ideit ſolam, eſſe Eccleſiæ notam? Unam dicimus eſſe ex notis: que ſi deſit, deſinit quoque Eccleſia: quia qui deſicit in uno, factus eſt omnium reus. Anne propterea, ſi ſola adit, veram conſtituet Eccleſiam? Hæc ne Calvinî dialectica? Præter ſucceſſionem ab Apoltoſis unitas doctrinæ quam Chriſtus, & Apoltoſi tradiderunt, neceſſaria eſt. Succelſionis prerogativam habent Græci; at qua unitate doctrinæ non gaudent, ideo perſiſte apud eos qui hæreſi inſeſi ſunt, Eccleſiam dicimus. Apud Calvinifas, Lutheranosque nulla eſt Eccleſia: quia nec ſucceſſionem ab Apoltoſis, nec Apoltoſorum doctrinæ unitatem ipſi habent. Ex quibus conſtat, apertiffimum impoſtorem eſſe Calvinum, dum eſſeſſe, Catholicos adterere, ſucceſſionem Epicoſorum unam eſſe vere Eccleſiæ ſymbolum. Mendacis, & calumnioſi Calvinum revincunt omnes Catholicorum libri: revincit ipſum Nicænum ſymbolum, in quo quatuor recenſentur Eccleſiæ dotes, ut diſtium eſt. Nie nulla: ſucceſſionem Epicoſorum ab Apoltoſis, & potiffimum a capite L. Petro neceſſariam dicimus; ſed vanum eſſe ſucum affirmamus & nos, ſi deſint ceteræ dotes, nempe unitas doctrine, eundem ſancſitas, & univerſalitas. Succelſio eſt neceſſaria, ſed ſola non ſufficit. Succelſio ſine unitate doctrinæ, ſine ſancſitate, & univerſalitate, non eſt Eccleſia.

XVI. Catholici ſi iſtus ſucceſſionis ſuam Religionis antiquitatem ab ipſo Chriſto, & Apoltoſis repunt: auge hoc argumentum ut ſunt Irenæus, Tertullianus, Auguſtinus, ceterique Patres. Non modo antiquam, ſeu apoltoſicam, & catholicam evincimus, eſſe Eccleſiam noſtram; ſed unitatis quoque privilegio eandem offendimus, cum una ſit, ſemperque fuerit fides noſtra, ſancſtaque Eccleſia. Deſignant, ſi valent, Proteſtantes aut tempus quo a veritate fidei detiſerit Romana Eccleſia, aut autorem iſtus Eccleſiæ præter Chriſtum, & Apoltoſos. Nos fidei Lutheranæ Lutherum, Calvinianæ Calvinum, Zuinglianæ Zuinglium parentes, & auctores conſideramus, quos ipſi Proteſtantes ut ſuos colunt Patriarchas. Duobus abhinc ſæculis (ab illis Catholicis querunt) ubinam gentium erat Eccleſia Lutheranæ, & Calvinianæ ante Lutherum, & Calvinum? Nihil adhuc ſolidi reſponſi dederunt Proteſtantes: & cum in hoc

ſe urgeri ſentiunt, non modo illis aqua hæret, ſed ipſi in luto hærent omnes. Alii namque ad Waldenſes, Albigenſes, Wicleſiſtas, & Huſſitas ſe recipient. Alii ad Eccleſiam conſugium Romanam. Sed cum iterum ad incitas rediguntur, ut offendant præfatas læctas ab Apoltoſis originem trahere & eandem omnino doctrinam cum Lutheraniſ, & Calvinianiſ profeſſas fuiſſe, in omne ſe vertunt latus, & hiſcendi deſert potetas. Nam licet Lutherani, Calvinianique nonnulla ab hæreticis illis mutuati ſint; plura tamen Waldenſes, Wicleſiſtas, & Huſſitas docuiſſe que Proteſtantium præcipuis dogmatibus adverſantur, plauum eſt, atque compertum. Si Eccleſiam Chriſti viſibilem in Romana petiveratſe aiunt ad Lutherum utique, & Calvinum; a vera ergo Eccleſia illi detiſerunt; ideitro tamquam apoltoſate, & hæretici habentur. Si ante Lutherum Romana Eccleſia a vera Chriſti fide deſecit, epocham nobis deſignent iſtus deſectionis. Qui hiſtoricorum impoſtorem eſſe Calvinum, dum eſſeſſe, Catholicos adterere, ſucceſſionem Epicoſorum unam eſſe vere Eccleſiæ ſymbolum. Mendacis, & calumnioſi Calvinum revincunt omnes Catholicorum libri: revincit ipſum Nicænum ſymbolum, in quo quatuor recenſentur Eccleſiæ dotes, ut diſtium eſt. Nie nulla: ſucceſſionem Epicoſorum ab Apoltoſis, & potiffimum a capite L. Petro neceſſariam dicimus; ſed vanum eſſe ſucum affirmamus & nos, ſi deſint ceteræ dotes, nempe unitas doctrine, eundem ſancſitas, & univerſalitas. Succelſio eſt neceſſaria, ſed ſola non ſufficit. Succelſio ſine unitate doctrinæ, ſine ſancſitate, & univerſalitate, non eſt Eccleſia. Ut rebellionis ſue ſucum, & velamen obtenderet, id eſſeſſe debuit; at documenta quibus id evinceret, adferre in medium debuiffet. Nec namque non ſolum non accidiffet, ſed nec accedere potuiſſet, evincit alios inter perdoctus Papi, qui Eccleſiam eandem ſemper ac nunc fuiſſe peripue demonſtrat, nulla obſtante perſonarum mutatione; quemadmodum fluxus riveris ipem eſt, quamvis aqua continuo fluxu mutetur. Quam rem ut oculis conſpicuam faciat, Eccleſiam in quatuor tribuit ætates perſonarum quibus conſtat. Nam adolentibus quindecim annorum dogmata fidei ab hominibus triginta annorum dogmata, iſti a quinquagenariis, quinquagenariis a hexagenariis, & ſupra, eadem accedunt; & hærum ætatum ſucceſſione eadem omnino conſtat Eccleſia, licet eundem ſemper fluxum extat, ſicut eundem ſemper fluxum. Modum nunc, rationemque deſerent Proteſtantes, qua a vera Chriſti fide recedere poterit Romana Eccleſia, quam quique primis ſæculis tamquam legitimum Chriſti ſymbolum agnoveunt. Omnem cæterum ſimul deſeciffe nec ipſi dicere audent, ſicut nec omnes ſunt; aquæ exficari eodem tempore queunt. Quænam ergo ritas deſecit? Senſis, virilis, iuvenitſ; Cedo: eundem olim ac nunc aratibus Eccleſia caleſcit? Si ſens ienes aliam



prædicarent fidem ab ea quam nobis iuvenibus ipsi tradiderunt; nonne omnes primæ, secundæ, & tertie ætatis fideles vocem exaltarent? E contrario flerent forsitan senes, si juvenes, virique novam inveherent fidem? Si nunc fieri nequit ut vel omnes simul deficiant fideles, vel una, altera taceant, ætas novam prouocet Religionem, fateantur necesse est Protestantæ, Romanæ Ecclesiæ, quam primis Redemptionis nostræ sæculis veram, vel per ipsos, stetit Dei Spõnia, nunquam a vera fide descivisse, nec descivere potuisse, quin reclamarent plura eiusdem corporis membra. Nonne quoties alia exorta fuit hæresis, statim Catholici omnes, qua voce, qua scriptioque, bellum hæresiarum indixere? Nonne maiores nostri Romanæ Ecclesiæ filii litteris consignarunt, posterorumque memorie prodiderunt lapsus, errores, aberrationes eorum qui novas adversus catholicam fidem opiniones, erroneaque sententias commemperaverunt? Nonne vel ipse Calvinus Ecclesiæ comparat & Soli, cuius plures fuit radii, unicum vero lumen; & arbori, cuius multi sunt rami, sed robur unum tenaci radice fundatum; & fonti, de quo rivi plurimi defluunt, & quamquam aquarum copia super universam terræ faciem diffusa sit, unitas tamen manet in origine? Avelle radium Solis a corpore, divisionem unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fonte præcide rivum, præcisus arefcit. Sic & Ecclesiæ Domini luce perfusa per totum orbem porrigitur; unum tamen lumen est quod quocumque diffunditur. Nihil elegantius dici potuit ad exprimentum individuum illam connexionem quam habent inter se omnia Christi membra. Ecclesiæ Romana, ipso Calvino teste, primis sæculis Sol fulgentissimus, fons simplicissimus, arbor virens, & secunda fuit. Omnes ergo radii a corpore Solis avalli in tenebras occidunt, omnes rivi ab hoc fonte semiciti, omneque ramum ab arbore fracti arefcunt. Calvinistæ, & Lutherani ab hoc Sole, ab hoc fonte, ab hac arbore præcisæ iacent. Ergo fragmenta sunt omni humore destituta, & ad combustionem parata. Prostant unionem suam cum hac planta, si valent. Si se præcisos fateantur a Romana Ecclesiæ, ostendant fontem, & plantam cui hæreant. An cum Christo fœdus iactabunt? At quomodo Christo capiti iuncti erunt, si præcisæ a suo corpore sunt? De latere Christi aquæ salientes in vitam æternam scaturierunt. Aquæ istæ nunquam arere, sed exundantis copię largitate universam or-

berum inundant. Ostendant nobis Calvinistæ, & Lutherani, qua vena, quo metu ab hoc fonte ipsi dimanent.

XVII. Non me fugit. Calvinum verbum Dei scriptum, sacramentorumque administrationem obrudere, tanquam veræ Ecclesiæ Christi symbola. *Ubiunque* (inquit loc. cit. num. 9.) *verbum Dei sincere prædicari, atque audiri, ubi sacramenta ex Christi instituto ministrari videntur, illic aliquam esse Dei Ecclesiæ, nullo modo ambigendum est.* Hoc verum habere nemo inficiatur. Sed videndum superest quem sit ratio qua deprehendi possit, ubinam sincere Dei verbum prædicetur, & sacramenta administrantur. Hoc constat, reponit Calvinus, ex ipsa divini verbi natura. *Quod autem rogant* (inquit Lib. I. cap. vii. num. 2.) *unde præfandimus a Deo sinxerit* (Scripturam) *nisi ad Ecclesiæ decretum confugiamus: perinde est ac si quis niger, unde discemus, lucem discernere a tenebris, albam a nigro, suave ab amaro. Non enim obsecrorem veritatis sui sensum ultra Scripturam præferret, quam coloris sui res alba, ac nigra, saporis suaves, & amara. Non secus ergo divina, & profundissima Scripturarum mysteria sentia sua præferunt mentibus ac res alba, atque coloris sui sensibus imaginem præferunt? Non minus Dei verbum mentibus, quam meridianus Sol oculis affuset? Quis sibi in animum induxisset ut crederet tanta potuisse Calvinum, viram aliquo doctum, & eloquentem, inania abripi? Cedo, disputatum ne umquam fuit, utrum Sol meridianus sereno cælo splendeat, vel lux sit caligo? Utrum amarum sit dulce, vel duce amarum? E contrario noone queque ex tot Christianorum fœctis a se stare lineam divini verbi prædicationem, & sacramentorum ministerium contendit? Divinum verbum, germanamque Scripturæ intelligentiam sibi arrogat Sociniani, Anabaptistæ, Lutherani, Calvinistæ, & olim sibi adiudicabant Ariani, Nestoriani, Eutychniani, & quotquot fuerit hæretici. Res hæc facti est. Unde ergo Calvinus argumenta perspicua arcescit, quibus plantam faciat penes se tantum residere immaculatam Dei Scripturam, & veram sacramentorum administrationem? Qua via revivunt Socinianos, Arianos, Anabaptistas, Lutheranos a vera Scripturarum intelligentia aberrare? An reponet, Scripturam seipsa suam ingerere humanis mentibus sentiam? Sed quid est quod unum assequuntur sensum Sociniani, alium Anabaptistæ, alium Lutherani, alium Catholicæ? Numquam ab hoc expedire le-*

quo

quo potuere Sectarii qui palantes ab Ecclesiæ aberrant. Vellit ergo, nolit Calvinus, ad iudicium Ecclesiæ, que est columna & firmamentum veritatis, confugiat necesse est. Ad incitas redactus Calvinus, atque Augustini auctoritate pressus, sibi contradicens concedit, eos qui nondum spiritu Dei sunt illuminati, Ecclesiæ reverentia ad docilitatem induci, ut Christi fidem ex Evangelio discere possint; atque ita hoc modo Ecclesiæ auctoritatem inagogen esse qua ad fidem Evangelii præparantur. Verum Ecclesiæ iudicium non modo necessarium est ut ad Evangelii fidem præparemur, sed etiam ut divinæ legis genuinum sensum assequamur. At, ut Calvinus simpliciter desinat, ipsique non omnino ignavis imponat, fallacissimis paralogismis ludit, splendideque mentitur. Blaterat enim Catholicos docere, infallibilitatem Scripturæ non a Deo, sed ab hominum iudicio pendere. *Invaluit autem apud plebem pericisiosissimus error* (inquit loc. cit. cap. vii.) *Scripturæ tantum in se habent momenta, quantum illi Ecclesiæ suffragis conceditur: ac si vero æterna involubilique Dei veritas hominum arbitrio nitetur.* Hunc errorem Catholicis assingit de more Calvinus, qui semper dum adversus Catholicos arguatur, causam suam pauidissimis mendaciis, calumniis, dicitis tuetur, ut pro re nata palam in hoc Theologie curru fiet. Designant Calviniani vel unum Catholicorum qui doceat, docueritve, Ecclesiæ iudicium certitudinem Scripturæ sanctæ conferre. Nos Catholicis contemur, Scripturam sacram a Deo solo suam habere auctoritatem, veritatem, atque certitudinem. Fatemur, Scripturam tanta maiestate splendere, ut lepta lux divinæ originis characteres plures prodar, sibi que maximam credibilitatem addeat. Ceterum soli insani, omnique exiti ratione negare possunt, plurima contineri in hoc sacro codice arcana imbecille nostre menti impervia, plurimolque obscuros sensus. Que ergo insitunda via, ut verum sensum, genuinamque interpretationem assequamur? Consilendum ne spiritus privatus cuiusque fidelis? At Calvinus ipse tanquam fanaticos improbat qui isthuc se recipiunt: quoniam quisque illorum suam privatum spiritum alteri præferret, & Babyloniam induceret confusionem. Tot proinde Ecclesiæ forent, quot essent privati spiritus contrarii. Hunc privatum spiritum a Satan inventum conlocutæ sunt tot hæreses que mutuo pugnant, sequeque interimunt. Affligent ergo Protestantæ, si valent, iudicem qui obicura arcana divini verbi referet, ve-

rumque sensum pandat, qui omnes adhareant, ut dogmatum unitatem servent. Soli Catholici hunc iudicem habent, nempe Ecclesiæ, non certitudinem, non auctoritatem tribuit. Dei verbo: sed nobis declarat, atque interpretatur, hoc esse verbum Dei, huncque sensum quem in ipsa Scriptura Deus intendit: quemadmodum interpretes legum sensum civilium legum exponunt, minime legibus vim, auctoritatemque donant; sed totam vim, omnemque habent a Principe qui leges ipsas rogavit. Eiusmodi autem interpretes non raro falluntur, quod ab humano Principe infallibilitatem recipere nequeant, cum sit ille error obnoxius. Contra vero, quoniam Deus veritas est, fallere ac falli nemini, Ecclesiæ suæ, ne erret, affligit, eique lumen infundit quo verum a falso scernat, legique suæ dubios sensus interpretetur. Putida ergo est Calviniana postura, dum scribit, nos Catholicos plus hominum decreto quam Dei verbo deferre. Quoniam nos dicimus & Scripturam, & Ecclesiæ certitudinem, & auctoritatem habere a Deo, qui omnis veritatis fons est, & origo. Dum Ecclesiæ credimus; Deo credimus, qui nunquam a veritate Ecclesiæ fiam defecturam adpromissit, neque adversus eam inferni portas prævalituras. Ut ergo illic undecissimus revertamur, quomodo evincant Calvinistæ, penes se sincere verbum Dei prædicari, & sacramenta administrari; que iuxta Calvinum duo sunt Ecclesiæ symbola, duæque testere? Immo nos iure dicimus, Calvinistæ verbum divinum adulterasse, sacramenta de medio sustulisse, Dei cultum sacrilega impietate profanasse. Eorum conventus, & cæcus non Ecclesiæ formam præferunt, sed babylonice factionis simulacrum. In illis sepeultus latet Christus, obrutum Evangelium, profugata pietas, corrupta sinceritas; abolitur Sanctorum honos, diruta altaria, sanctuarium dissipatum, dispersique lapides: doli, fraudes, circumventus, varities, peruria quoque verum gravantur. Nullum ergo penes ipsos Ecclesiæ veligium: non propagationis amplitudo, non doctrinæ unitas, non antiquitas apostolica, non denique sanctitas; que omnia fuso calamo demonstrantur Catholicorum plures, qui ex instituto hoc de argumento scripserunt. Nos qui obiter tantum hæc controversias delibare decrevimus, hic sistimus gradum, ut ad explicandam pergamus que mores Catholicorum ad unam, sanctam, catholicam, & apostolicam Religionem conformant.